

Ink.

II f
1220



Misc. 253. für St. in Leipzig ft. No. 1582. 7/91. 1964 J.







Tractatulus de Errore vitā
do p̄ Joannem fabri de werdea Artē m̄grm̄ rē cōpositus.

Ad Lectorem

Om̄ibus in rebus nedū maioribus, immo
Et minimis error est fugiendus iners
Talis ab ignara fertur procedere mente
Que poni ipsius pro genitrice solet
Hunc vitet quicūq; bonis studet artibus exquo
Turpiso nā et prauā detegit inscitiam
Qualiter hunc ipsum quis vitet, discat ab illo
Tracta tu grata sub breuitate dato.
Quē bone lector habere velis, qñq; videndo
Nanq; dabit studijs comoda multa tuis

Hec Werdea

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Several lines of faint, illegible text in the middle section of the page.



Fragment of text from the adjacent page, including the letters 'II', 'do', 'ce', 'q', 'In', 'nor', 'des', 'del', 'a q', 'dic', 'est', 'oē', 'ter', 'vb', 'vit', 'cia', 're', 'ext', 'pu', 'J', 'pn', 'nic', 'rip', 'ho', 'rū', 'est', 'ta', 'sun', 'ser', 'lun', 'sa'.



Tractatulus de Errore vitā

do In academia Lipsien/p Jo. fabri de werdea cōpositus

Non absurdū cuiquā videatur si studiosos p̄tos
q̄ sup erroribus vel lecte vel audite nauseare con-
spererit/cū merito laudāndus sit cui malū displi-
ceat/sicut et is vituperio dign⁹ est cui malū placeat/ar. c. ve
q̄ ri. q̄ iij. vbi dicitur ve q̄ dicitis bonū malū/et malū bonū
Immo et is puniendus veniat qui malū vel p̄perā factū.
non corrigit p̄ ter. l. Si quis ad declinandā in si. iij. glo. C.
de Ep̄is. et cle. Error autē q̄ddā malū est ratione originis vi-
delicet et effectus Ratione originis/q̄ error causatur sicut
a quadā matre ab ignorantia/c. Ignorātia xxxviij. dis. vbi
dicitur Ignorātia ē mater cunctoꝝ erroꝝ Ignorātia autē
est quoddā malū et adeo malū quod ipsius vitāde gracia
oēs scripture etiā gentiliū legi p̄nt c legim⁹ xxxviij. dis. Pre-
terea scientia et ignorātia opponūtur et sunt contraria sed
vbi vnū contrarioꝝ est bonū reliquū est malū c Sciendū
viij. q. i. et notat glo in c Intellecto de Iuriure Qz autē sciē-
cia sit quoddam bonū nemo est qui vel nesciat vel dubita-
re contendat. cū sit res sanctissima. l. i. s. p̄inde ff de var. 2
extraor. cogni. Et talis res q̄ hominē nobilitet s̄m glo in l.
puidendū C de postul. Et que hominē laudabilē efficiat
Juxta illud catonis Scire aliquid laus est et illud ps̄ij in
p̄ma At pulchrū est digito mōstrari et dicitur hic est que de-
niq̄ non sinat quē in paupertate vivere. nec in anxietate mo-
ri pot in Autē de here et sal. in si. coll. i. perit⁹ nāq̄ et doctus
homo facile ditatur si vult s̄m aristotelē in p̄mo politico-
rū Preterea Ignorātia cū sit privatio est non ens sed tale
est q̄ddā malū sicut et ens est bonū/cū ens et bonū conuer-
tantur q̄rto metaphysice Preterea cuius causa mala est ip-
sum quoq̄ malū est s̄m pe. his. in quito 2 ar. glo. a cōtrario
sensu in c q̄ de mēsa xxxviij. dis. Sic etiā cuius principū ma-
lum est ipsum quoq̄ malū est ar. c. principat⁹ i. q. i. S3 cau-
sa et principū erroris/puta Ignorātia quoddā malū est

Error quid sit

Ignorancia quid

Scientia

ut supra dicebat ergo et error inde causatus Jure quoddam ma-
lum esse non ambigitur et adeo malum quod qui consentit erranti
simili modo cum illo culpabilis est iudicandus c. qui consentit
ri. q. iij. Est insuper error malum quoddam ratione effectus quia
malum producit siue causat effectum puta detegit imperitiam. l.
Si per errorem ff de Jure. om. iur. Imperitia autem culpe assi-
milatur in quolibet proficiente se alicuius arte peritum. l. illicitas §.
sicuti ff de of. pres. l. Impitia ff de ti. notat glo. singularis
in autem de Judi. § coll. vi. Et imperitiam detegendo pudorem
siue verecundiam parit iuxta illud Cuiuslibet artificii pudor est
errore notari Cur? quod ridiculam detegit inscientiam Verecundiam
autem sufferere pena quedam est ar. c. cum dilecti de accus. ubi dicitur
quod pudore aliquis punitur Et non solum pudor Immo turpif-
simum est id ignorare quod quis scire tenetur ar. l. ij § mutum
auditores ff de ori. iur. ubi dicitur turpe est patricio et nobili
viro et causas agere Jus in quo versatur ignorare Nec ve-
nia dignus est aut quovis modo excusari poterit qui quod igno-
rat aut in quo erravit. a peritiis (si eorum copiam habere
poterit) non inquirat ar. l. ij. C. de inge. manu. ubi notabiliter
dicitur Si cum peritiis tractatum habuisses facile agnovis-
ses. profecto non mediocriter oberat qui ignotum inquirere
dedignantur nam eo ipso sese addiscere nolle demonstrant quod
eis pudori venit iuxta illud catonis pudor est nil discere vel-
le Signum namque haud fallax cuiuscumque discere volentis. fre-
quens est de dubiis interrogatio ar. glo. l. apud Julianum ff
de fidei lib. q. in persona prudentissimi Jurisconsulti proponitur di-
citur beneficiatio quod inquirere vel interrogo quod volo addiscere me-
mor eius sententiae (ut text. ibidem dicit) quam Julianus dixisse fer-
tur Si unum pedem in sepulchro haberet adhuc addiscere vellet
Nec verecunde quis ignotum etiam ab inferiori vel minori se Im-
mo ab anniculo addiscere Exemplo divi Augustini qui in c.
Si habes xxijq. iij. eleganter sic inquit Ego senex et Epi-
scopus etiam ab anniculo parat sum edoceri O felix verbum
et omni acceptione dignissimum. Utinam omnes philosophie

studiosi hoc humilitatis sapientissimo verbulo commone-
ti tanta discendi cupiditate afficerent. ut pariter dicere pos-
sent. Al pueri nondū anniculo paratissimum edoceri. Et p-
culdubio vel errores commissos festinanti reuocarent vel eos
dem a peritiouibus castigari. et sese ad viam veritatis redu-
ci humiliter paterentur. Nec error nisi non reuocanti aut re-
uocare volenti cuiquā facile imputari debet quia sicut hu-
manum est peccare s̄ diabolicum in peccato perseuerare ar.
e. i. s. humanū plix dis. Sic i simili humanū ē errare Jur. id.
Nemo hominū vivit qui non errauerit unquā. Error enī
cunctis accidit ingenijs Jur. id horatij in de ar. poe. quāqz
bonus dormitat homerus et illud maronis non omnia pos-
sumus omnes. facit optime ter. in l. ij. § Si quid autē de
ve. Jur. enū. vbi in cetera dicitur penitus in nullo peccare.
magis diuinitatis quā mortalitatis est. sed in errore perse-
uerare et eundem turpiter defensare aut irrationabiliter ex-
cusare diabolicum est. Et reuera non pprie diabolicum sed
potius temerarij presumpuosiqz hominis vitiū Jurta il-
lud. Errare humanū est sed in ipso errore manere Est homi-
nis stolidi pessima conditio Dixi non pprie diabolicū quia
diabolus p temporū incrementa et rerū experientia quo-
tidie addiscit et addiscere paratus est. c. sciendū p vi q. ij et
notat glo. in c. xxxij q. ij. Ecce o miser homo. si diabolus
ignorantie vitande causa. quotidie addiscit. Cur tu addisce-
re verecundaris cui nature congruū est addiscere. l. legatē
§ ornatricibus in fine ff de le. ij. et cui sciendi desiderij na-
turaliter insertum est vt princeps philosophorum in phe-
mio prime philosophie inquit Erras reuera. Quare si vis
consilium tanta discendi cupiditate (moneo) quā solam ve-
nendi rationem optimā. Jurisconsultus in d. l. apud Ju-
lianum censuit afficiare vt cum Juliano homine sapientis-
simo dicere audeas. Si vnum pedem in sepulchro tē. Si
igitur causam alicui rei ignores. sepe interroges. et qd ig-
noras diligenter inquiras quia veritatem scrutari volenti //

buo. summo pere bene interrogare expedit / et dubitatore so-
lucio est veritatis inquisitio / ut ait Aristoteles in tercio pri-
me philosophie. occasione cuius glo. pretaete .l. apud Ju-
lianum in persona prudentissimi Jurisconsulti bene dixit.
bene facio quod interrogo / quia volo addiscere / Cui alludit di-
ctum aristotelicum in predicamentis Dubitare de singulis
non e inutile / quod ponit glo. l. iij. C. de sum. tri. et fi. Et ni-
hil est sic indubitatum inter homines ut no possit suscipe-
re quandam sollicitam dubitatione / ut in autē de tabel. S.
pin col. 4. Cui autem dubitando interrogauerit / diligen-
ter interrogare debet / s̄m consilium Pauli Jurisconsulti a-
curissimi in .l. legauit in prin. ff de lib. leg. p quo v̄bar. in .l.
qui interrogatus ff de pe here. Et interrogantem oportet
frequenter interrogare / ne aliquid pretermisum remaneat /
ter. est in c. fi. xxx. q. v. Oportet preerea interrogatum firmi-
ter tenere / et tenaciter memorie commendare. tandēq; gra-
cia exercitatiois et firmitatis impressionis / alios docere / quo
fit ut ipse addiscens in valde doctum virum / et preceptore
suo nonnunquam doctiorem euadat / Jurta illd̄ Sepe rogat
re rogata tenere / retenta docere / hec tria discipulum faciūt
superare magistrum / Et si circa artis sue principia / del res-
gulas / quenquam oberare cōtigerit / quod accidere posse du-
bitat nemo / cum nihil ex omi parte perfectum vel beatum
sit / non temere pertinaciterq; in errore perseueret nec errata
sua perperam tueri aut colore quodam impertinēti excu-
sare studeat / cum pertinacis stolidiq; hominis sit errorem
commissum nō reuocare / aut pertinaciter defensare / Sicut
re conuerso / magne sapientie sit hominem reuocare / qd̄ male
locutus est / c. magne xxxij. q. iij. Cui enim errorem non reuocat /
approbare videtur / cū error cui non resistitur approbetur / c.
Error lxxxi. dis. Resistitur autē errori / cum quod illicite fac-
tum est reuocatur / c. qd̄ quis cōmisit xxxv. q. ix. Et sapien-
tis est reuocare quod prauē fecit / d. c. magne / Et Iudex re-
uocat vel corrigit suā sententiā interlocutoriā. l. quod iussit

Spwo



ff de re iudi. Immo quilibz errorem suū emendare tenetur e.
qualiter z quando. i. de accus. vbi dicitur nō pudeat vos er-
rorem vestrū corrigere. qui positi estis vt aliorū corrigatē
errores. Et si quilibet more sapientis poterit et debet muta-
re consilium suū sicut dicit glo. in autē de nup. §. ij coll. 4.
a fortiori corrigere tenet errorem suū. Et si papa reuocat qd
iniuste fecit. patet p casum c. i vt lipē. nil ino. Et si papa
hoc fecit multo fortius et alij facere debent cum exemplum
pape sit sequendū c. licet xvi q. ij et c. In causis de sen. et re-
iudi. Nam cū filij eius simus debemus que ipse facit imita-
ri c. dñs lvi dis. Ecclesia etiā cum errat mutat sententiā pa-
tet per casum c. fraternitatis de fri. et male. et c. sententiā z c.
grauē xxxv. q. ix. Item impator qui est dñs mūdi. l. de pā-
catio ff ad. l. ro. de iac. et est quasi deus in teris s̄m glo. i. l.
Iubemus i. C de sacrosanc. ec. non erubescit errorem suum
corrigere hinc in d. §. ij. In autē de nup. dicit. Nō erubesci-
mus si quid melius horū que prius ipsi dixim⁹ adinuenia-
mus. competentē prioribus imponere correctionē ne ab a-
lijs corrigi expectemus. Alibi etiam sapientissime dicit. nrās
leges emendare non piget vt In autē vt filij fratrū in pri.
coll. ix. Egregiū apostolum Paulū legim⁹ aliqua fecisse
que postea reprobauit d. c. sententiā. Item testes si se incon-
tinenti correperint nō debent reprobari c. olim. circa mediū
de cens. gracia cuius glo. in d. c. grauē colligit ar. contra iu-
dices qui nolūt audire aduocatos causas allegando vel in
melius commutando declarare vel specificare volentes. Cū
veritas sepius exagitata magis spiende stat in lucem vt in
d. c. grauē dicitur. Et quia partiū assertionē merita causaz
panduntur c. tū ex litteris de in integ. resti. et. l. si. C si p vir.
vel alio Ideo oportet iudicem cuncta rimari c. Judicantē
xxx. q. vlt et ad iudicem spectat inquirere veritatē. l. Is a-
pud C de eden. ita q vbiunqz eum equitas mouerit ad in-
terrogandum poterit interrogare. l. vbiunqz ff de Inter.
acci. de omibus enī circumstancie cause inquirendū est c.

vt Arif. in Sna Reho
na quodammodo in pte
epistolarū obsequere pa-
rentibus videri que-
rit filios pauerit res
separat imitari et

Testes
Nōt Index

cum causaz de testi. Et ut ad presens summare dicat. Que
illicite committuntur vel fiunt in melius renocari oportet.
S. hys ita xxxv q. ir. Et si errans verecundetur dicere. corri-
go errorem meū. dicat saltē nōn putabā me errasse. sed si
erravi in aliquo illud reuoco. sicut in simili dicit glo. de Ju-
dice suam sententiā reuocare volēte in c. cum cessante de ap-
pell. Quod si fecerit a cunctis auditoribus p sapiente repu-
tabitur. Nec error cuiq nā facile imputari debet. nisi ei q vo-
lens errat hoc est qui postquā errauit addiscere vel errorem
reuocare contemnit. quod pertinacis arrogantisq homi-
nis pprium esse solet. Error preterea non semper ex imperi-
tia prouenit. cum plures etiam predocti homines nonnūm
quam ex quadam inaduertencia errores committantque
in aduertencia ex multis prouenire solet. quādoq quidem
ex lubrico lingue quo quis barbaros corruptos incongru-
osq sermones profert. quod si fiat. nō facile imputandum
erit. cum lubricā lingue nō sit facile trahendum ad peccam
put dicit ter. notabilis in l. famosi ff ad l. Jul. mai. Sicut
enim fortuito quis sepe benedicit s in glo. in l. omnes C de
excep. Et sepe etiam est olitor valde oportuna locutus ac
predicte glo. Ita etiā peritissimi doctiq homines nonnūm
quam lapsu lingue barbarisare deprauateq loqui conspi-
ciuntur. Quādoq talis inaduertencia ex errore scripto-
rum siue impressorum pruenire consuevit. Hū nanq scri-
bendo vel imprimendo sepe adeo frequenter oberant. qd
vero verius sit illud Iuuenalis in septima. tenet insana-
bile multos scribendi cacetos et in egro corde senescit quo
fit ut et ipsi lectores inter legendum pronuciandumue ta-
lia mendose scripta vel impressa plerumq fallantur et ob-
erent. Sicut exempli gracia. Inueniens in commenta-
rio boetij de consolatu philosophico. sic scriptum vel im-
pressum Alcibiades nomen fuit pulcherime mulieris. rē
In aduertencia errore quoque scribentis vel imprimētis

Olitor i prudens in
popto p methaphora

No Errorem

mētis seduct⁹ aut circūuent⁹ credet alcibiadē mulierē quādam
fuisse. Quo errore quod ridiculosius esse poterit. cum certius sit
Alcibiades nomen viri et adolescentis. et non mulieris esse.
Cui errori similis est error eius qui apud Boetium de disci.
scholarium sese asseruit multo tempore ignorasse cuius viri aut
mariti vxor enneas fuisset. Et alterius qui ad populū in fe-
sto trium regum concionans dicere non erubuit. Epiphasia
niam fuisse sanctā christi nutrice et beatissime virginis ma-
rie obstetricem fidissimā. Dic precor quid hoc cōsimiliqz er-
rore intolerabilius turpiusqz esse poterit. Et reuera scripto-
rum et impressorum errores tam multos esse comperimus
quod promptius expedirem (ut Iuuenalis verbo utar) quā
amauerit Ippia in signis meretricis mechos quā quod corrup-
torum deprauatorumqz librorū mendas erroresqz dinūme-
rarem. quibus inter legendum occurrentibus sepe nōero eti-
am peritissimos homines falli contingit. Sicut et idiotarū
siue laicorum turba ex conficta nō verisimiliqz aut inepta
siue (ut verius dicam) monstrosa pictura plerunqz fallitur
cui picture loco librorū sunt. put dicit ter. in c. perlatum de
cōse. dis. iij. Pictores nāqz similes sunt scriptorib⁹ sicut enī
nōo scribit falsus aut nō rectū p̄t scriptores. sic pigere falsus
aut monstrosus p̄ter pictorem scio neminē hinc dixit glo.
in c. quanto de Iuriur. Pictoribus et poetis semper fuit licitum
nouitates adinvenire. Iure illud Horatij in de arte
poetica Pictoribus atqz poetis Quodlibet audendi semper
fuit equa potestas. Et p̄fecto non solū pictoribus et poetis
sed etiā scriptoribus. qui numero pictorū continentur. cum
et hū inter scribendū litteras depingere non inepte dicant.
Immo p̄sumptuosio impitib⁹ scionatorib⁹ et p̄ceptorib⁹
hū nāqz acionātes ad populū vel auditores suos instruere
tētates nōnūquā eripitia sua prauos ridiculosqz dignos er-
rores in eloquendū p̄nūciandūqz cōmittunt sicuti is fecisse
dr. quē diuā katherinā pulcheriē rōaneqz v̄gini catiline scz
cōpasse in acionādū cōptū est. et q̄t. Aliū p̄similiūqz errore

Alius Error

Adhuc alius

Horatij opus


Que
portet
corri
sed si
e Ju
de ap
repu
q vo
orem
omi
nperi
nūm
tque
idem
ngru
dum
uam
Sicut
E de
s ar
mūm
nspi
pco
scri
qd
ana
quo
ue ta
et ob
nta
im
zē
ntis

a concionantib⁹ docentibusq³ indies contingant. nemo etiam peritissimorū hominū est. qui vel scribendo vel experimendo dinumerare valeat. **E**rrores ergo vel abusus vitare cupiens. bonarū artū disciplinis ac preceptis iugiter intēdat. quib⁹ ignorantie errorisq³ nebulas facile ppellere poterit. Sicut enī infortunū quodlibet ab imprudētia pficiscitur. **J**uvenale in p^o dicēte Nullū nūmen adest si sit prudentia. sed te nos facimus fortuna deā celoq³ locam⁹. Sic omnis error prauusq³ abusus ab ignorantia matre cūctoꝝ errorum p̄greditur d. c. Ignorantia p̄p̄vūj dis. Et sicut per prudentiā infortunū periculū facile p̄videtur ac aufugitur. Sic bonarū artū pericia exercitioq³ ignorancie ac erroris prauitas laudabiliter propellitur atq³ vitatur. qua ppulsa scienciarū habitus in humano pectore locū sibi faciliter vendicabunt. quibus in clarā virtutū cognitionem. et per continuā illarū operationē in summe perfectēq³ beatitudinis adeptionē. quicumq³ mortaliū gaudenter peruenire poterit. ad quā nos miseros post corporis depositionē feliciter perducere dignetur deus gloriosus. qui est trinus et vnus in secula seculorum benedictus Amen

Lans cunctipotentī deo



no e
erpi
vita
r intē
pote
cisci
den
om
er
t per
gicur
oris
pul
iliter
t per
udis
terit /
r per
in se





Tf 1220

nk.

M.P.







Tractatulus de Erroze vitā

do p Joannem fabri de werdea Arte mgrim ꝛ cōpositus.

Ad Lectorem

Omnibus in rebus nedū maioribus, immo
Et minimis erroꝝ est fugiendus iners
Talis ab ignara fertur procedere mente
Que poni ipsius pro genitrice solet
Hunc vitet quicūq; bonis studet artibus exquo
Turpiso nā et prauā detegit inscitiam
Qualiter hunc ipsum quis vitet, discat ab illo
Tracta tu grata sub breuitate dato.
Quē bone lector habere velis, qñq; videndo
Tanq; dabit studijs comoda multa tuis

Hec Werdea

